

915 novembre 10, Lucca¹

Nel giudizio presieduto da Odelricus, vasso e messo di re Berengarius, Petrus, vescovo di Lucca, insieme con Petrus, scabino e avvocato dell'episcopio e della chiesa di San Silvestro, viene condannato a restituire ad Adalbertus, avvocato dell'episcopio di Lodi e dell'abbazia di Savignone, di sua dipendenza, l'investitura *salva querela* della chiesa di Sant'Andrea costruita nel luogo di Pugnano, ottenuta dalla chiesa episcopale di Lucca dall'imperatore Guidus.

Originale.

Archivio Arcivescovile di Lucca, † P. 60 [A]*.

Edizioni: Manaresi, n. 127

(S) + Dum domnus Berengarius serenissimus rex pro timore Dei et statum omniumque sanctarum Dei Ecclesiarum electorum populo hic Italicis abitantibus animeque sue mercedem iusticiam adimplendum partibus Romam iret, cumque pervenisset infra Tussia foris hanc urbem Luca intus mansionem Ildeberti, missit suum legatum lex faciendum, idest Odelricussuoque vassus et missus constitutus², sicut et ipse Odelricus missus domni regis in iudicio resideret intus ecclesia sancti Fridiani³ per data licencia domni Petri episcopi ipsius sancte Lucensis Ecclesie unicuique iusticiam faciendum ac deliberandum, resedentibus cum eo Adelbertus sancte Bergomensis Ecclesie episcopus, Vualpertus, Farimundus, Simpertus, Petrus, item Petrus, Sichardus, Heverardus, Teutelmus, Roschildus, Hansemundus, Hiudo et Vualfredus iudices domni regis⁴, Benedictus, Adelbertus et [...] scavinis ipsius comitatu Lucense⁵, Isembaldus notario, Cunimundus, Gottefredus, Gausfredus, Lambertus et Ingelbertus et reliqui plures. Ibique eorum veniens presencia Petrus⁶ sancte Lucensis Ecclesie episcopus una cum item Petrus sc[avi]no⁷ huius comitatu et advocatus ipsius episcopio et ecclesie sancti Silvestri⁸ sita subhurbium huius civitatis Lucense, que ecclesia ipsa cum sua pertinencia pertinere videtur de sub regimine et potestate ipsius [episcopio], necnon [ex altera parte El]degarius sancte Laudensis Ecclesie episcopus una cum Adelbertus filio bone memorie Vualperti de civitate Laude et advocatus ipsius episcopio et abacie qui nominatur Savinioni⁹, que abacia ipsa cum sua pertinen[tia] pertinere videtur de sub regimine et potestate ipsius episcopii sancte Laudensis Ecclesie, altercacionem inter se abentes. Dicebat ipse Petrus scavino et advocatus: “Dudum in iudicio vestri presencia malavit me iste Adel[bertus] advocatus quod pars episcopio sancte Laudensis Ecclesie et sancti Silvestri introissent in eclesia una, qui est edificata in onore sancti Handrei in loco et fundo Apuniano¹⁰ et rebus ad eadem ecclesia pertinentibus et exinde fruges tul[is]sent val[entes so]lidos trescentos contra lege et pars ipsius abacie Savinioni desvestisent malo ordine et contra lege. Et ego dedit ei responsum quod pars ipsius episcopio et sancti Silvestri ecclesia ipsa sancti Handre[i] cum omnibus rebus ad se pertinentibus pars sancti Silvestri abet et detinet, set inquirere volerem quid pars uius episcopio et sancti Martini pertinet, et ita inquirendum vuadium dedit, et iste Adelbertus dedit mihi [vuadium] de placito eodem; exinde inter nos unitum placitum missum est ipsum dandum responsum”. Cum ipse Petrus scavinus et advocatus, taliter retullisset, ad ec respondens ipse Eldegarius episcopus et Adel[bertus] advoc[atus eius dixerunt:] “Omnia taliter inter nos actum et vuadiatum est, sicut adseruisti et odie exinde inter nos ic vestri presentia placitum missum est; querimus ut det nobis responsum”. Tunc dixit ipse Petrus: “Iam ante [hos dies, tem]pore bone recordante memorie domnus Vuidonem imperatoris, reclamavit^a quondam Garardus¹¹ episcopus istius Lucensis quod pars sancte

Laudensis Ecclesie et abacie Savinionis contra lege ipsa ecclesia sancti Handrei cum omnibus rebus ad se pertinentibus detineret iniuste et pars ipsius episcopio sancte Laudensis Ecclesie minime in racione exinde stare voleret et quondam item Garardus episcopus Laudensis se inde diletaret ut minime inde iusticiam faceret noluisset et per plures placitas^b ipse Garardus episcopus Laudensis diletavit iusticiam faciendum; tunc ipse domnus Vuido imperator pars huius episcopio Lucensis de ipsa ecclesia sancti Ha[ndrei cum omnibus] rebus ad se pertinentibus salva querela investivit, sicut hactenus investitus fuit^c. Tunc tractantes auditores ut vestituram ipsam ipse Petrus retdere debuisset et pars ipsius [episcopio Laudens]e et abacia Savinionis investitam esse deberet, sicuti et ibi presentem ipse Petrus vestituram ipsam retddedit, et ipse Adelbertus advocatus eam recepit, et hanc noticia inde fieri i[usserunt]. Quidem et ego Ermaldus notarius domni regis ex iussione suprascripto misso et amonicionem predictorum iudicum scripsi. Anno regni domni Berengarii regis Deo propicio vigesimo octavo, decimo die mensis [no]vember, indictione quarta.

Signum + manus suprascripto Odelrici vassus et missus domni regis, qui ut supra interfuit. + Roschildus iudex domni regis interfui.

(S) Vualpertus iudex domni regis interfui.

(S) Farimundus iudex domni regis interfui. (S) Hiudo^d iudex domni regis interfui. (S) Ansemundus iudex domni regis interfui.

(S) Petrus iudex domni regis interfui.

¹ Su questo placito, Provero 2003, p. 193; Castagnetti 2010, pp. 261-262; Stoffella 2014, p. 64 e Tomei 2014, p. 30.

* La revisione della trascrizione è stata condotta sulla base del confronto con la pergamena originale; per esigenze di uniformità interne al progetto, si è scelto di riportare in nota, come per le altre precedenti trascrizioni, le varianti di Manaresi.

² Si tratta di una delle prime apparizioni della espressione *missus et vassus* in relazione ad un singolo personaggio, Provero 2003, p. 193. Per Odelrico si veda anche Manaresi 1955, n. 125 (aprile 913).

³ Per questa chiesa si veda il placito datato 900 giugno 6 alla nota n. 3.

⁴ Su questi *iudices* Keller 1973, p. 134 e ss. e Radding 2013, pp. 231 e ss.

⁵ Keller 1973, pp. 139-140.

⁶ Pietro II, vescovo di Lucca dall'896 al 932 (Tomei 2012, pp. 584-586). Nella documentazione giudiziaria relativa a Lucca viene citato anche in Tomei 2014 (900 giugno 6); Manaresi n. 111 (febbraio 901); Bertini, IV/2, n. LIII (901 aprile 23); Barsocchini, V/3 n. 1058 (902 maggio 19) e Manaresi, n. 116 (904 dicembre 25).

⁷ Keller 1973, pp. 139-140. Compare anche in Manaresi, n. 116 (904 dicembre 25).

⁸ Per questa chiesa si veda il placito datato 900 giugno 6 alla nota n. 3.

⁹ Savignone, in diocesi di Tortona. Posta sotto la protezione del vescovo di Lodi con privilegio di papa Marino (a. 833), Manaresi 1955, p. 476, nota 1.

¹⁰ Diocesi di Lucca, Repetti, IV, p. 682.

^a Si desidera

¹¹ Gherardo I, vescovo di Lucca dall'870 all'895, Schwarzmaier 1972, pp. 97-100 e Ranallo 1973, pp. 720-723. Viene citato anche in MDL, 5/2, n. 983 (ottobre 892).

^b Si desiderano.

^c Si desidera. Schiaparelli, considerando come un diploma questo atto perduto, lo datava ai primi mesi dell'anno 894, Schiaparelli 1906, diplomati perduti, n. 11, p. 68.

^d In Manaresi "Hiude".